

Va
51



AK. E. 2.

Vα
51

ENCOMIUM
QVALECUNQVE
ELISTRI,
QVO
PLURIMUM VENERABILES
DNN. INSPECTORES,
OMNEISQVE ERUDITOS AC STUDIORUM
FAUTORES ALIOS,
M. JO. FRIDERICUS Röber/
Illustris Ruthenéi RECTOR,
ad auscultandum
benevolè
PHILIPPI CHRISTIANI LANDGRAFII,
STELZENDORFIO-VARISCI
valedictoriam,
submissè, humaniter &
amicè
INVITAT.
—
GERÆ, Typis WERTHERIANIS.







Re qvôdam taciturnô celebrat, & ubiqve proclamat sapientiam juxta ac potentiam divinam, qvicqvid uspiam divinâ ejusdem manu factum, & admirabilem in modum creatum est. Sive enim elevamus oculos & animum ad stupendam magnitudinem & vastissimam cœli machinam, sive depresso in terram luminibus orbem, qui mater est omnium, altorem nostrum, unâ cum circumfusô illi mari, qvod Oceanum appellant, &c, qvæ inde oriuntur, aquarum divortia, & varias fluxiones contemplamur sollicitè; anno non sapientiam DEI admirandam, annon potentiam ejus ineffabilem deprehendimus ac videmus? Cœlestes narrant gloriam DEI, testimonio Davidis piissimi, manuumq; ejus opera annunciat firmamentum. Terra etiam ipsa, quam calcamus, ex qvâ & ortum ducimus, ut idem ait Propheta regius, plena est undique & referta bonitate divinâ. Hæc verò, iubente sapientiâ Numinis mitissimi, alluitur undique mari, secatur fluviis, distinguitur lacubus, rigatur rivis, madescit fontibus. Adeò nihil ubique rerum est, qvin præcones clementiæ divinæ sistat, vestigiaq; exhibeat luculenta. Non est, cur ejus rei è longinquô petamus exempla; vel Elister noster, seu, ut antiquioribus dicebatur, Elistera, quæ Geram nostram propè alluit, &, deducto inde alveo, molendinis movendis potissimum dicatô, lambit, documentum dare egregium, ac de singulari bonitatis divinæ nos assentu admonere potest. Quocirca operæ nos pretium facturos non nullum putamus, si de flumine hōc patrio, & vel hōc nomine gratissimō, nonnihil verborum, non incommodâ occasione datâ, faciamus. Ad ortum igitur Elistri qvod

est, non opus videtur disceptari, an & hic mari suam
debeat originem. Nam hâc ratione è longinquô ni-
mis natales arcesseret suos. Potius, qvin & proprius
ex terræ cavernis, & ipsis adçò aquis, qvæ terris sub-
terlabuntur, derivandus est Elister. Qvanquam insi-
ciari planè nolimus, ex Oceano, tanquam, hydrophy-
lacio quôdam vastissimô, ac propè immensô, (quo de
jam olim Plato divinus in Phœdone philosophatus
fuit) quicquid uspiam fluviorum & amnium est, oriri.
Locus vero, ubi sua primûm cunabula in apicô sistit
Elister, supra Adorfium est, prope pagum, qui idem
cum rivô nostrô nomen habet. Est autem perquām
simile vero, pago isti nomen ab amne inditum fuisse,
quippe qui pago tantò vetustior est, quanto, quæ con-
didit omnipotentia divina, antiquiora sunt his, quæ fe-
cerunt homines & struxere. Et quamvis vastiores
sint Danubius & Rhenus, nobilissimi quippe ac maxi-
mi Germaniæ fluvii; non tamen habent, cur præ Eo-
listrô vetustatis prærogativam iactant ambitiōsè.
Prout enim quisque à Deo, cum moliretur hoc uni-
versum, conditus & locatus fuit; Ita & tortuosis flu-
xibus suis, per ambages varias, perpetuò processit,
nec procurrere desinet unquam, donec ardua hujus
universi moles constabit. Ab ortu suô parvus ad-
modum atque exiguus est, & fontis ad instar scaturit.
Videlicet constitutum ita divinitus per naturam est,
ut maxima quæque à parvô initiô trahant exordium.
Cujus rei tot ubique testes ac documenta extant, ut,
numero esse innumeralia, non difficulter appareat.
Equidem, nec ita profundus est Elister, ut naves susti-
neat, nec tam latus, ut par ponî aliis queat: Non ta-
men suâ omnino destituitur profunditate, præcipue in
locis quibusdam, ubi voragini habet, & vortices ja-
gat.

Etat. Ne dicam, quod interdum vel maximè exundet, nivibus post hiemem solutis, vel ubi sèva detinuit tempestas, ubi undis austus pluvialibus,

Per sara, perq; vias fertur, nec, ut antè solebat,

Riparum clausas margine finit aquas.

De cæterò, quod suâ profunditate non exiguum milium numerum hauserit aliquando ac demerserit; **Chronicon Laurishamense** testari potest Tomô primô Historiæ Germanicæ Scriptorum, quos doctissimus ac celeberrimus vir Marquardus Freherus edidit. Neque verò silentio prætercunda est salubritas Elistri: de quâ vel inde colligi nullò potest negotiò, quod cerevisia, ad quam illius adhibetur aqua, quamvis fontanâ apud nos salubrior habeatur & existimetur. Scilicet ex vitiò aquæ contrahit plerumque cerevisia culpam, & hujus salubritas ex illâ maximam partem pendet. Quod verò perhibent nonnulli, cerevisias majorem redire copiam ex aquâ Elistri fluviatili, quam ex fontanâ quamvis aliâ si coquatur, id ampliandum puto & disceptandum alibi. Quid porro loca commemorem, quæ præterlabitur cursu flexuoso Elister? Ruit nempe per valles amoenissimas, alluit sylvas nobilissimas, lambit prata fertilissima, præterit campos utilissimos. Neque verò oppida sunt pauca ac urbes eximiae, propter quas decurrit noster. Primum, quod à fonte Elistri primò non adeò procul abest, occurrit Adorfium vetus, antiquæ virtutis ac fidei Variscæ sedes. Hinc salutat Elister Oelsnitium, mundicie imprimis noble, ac civibus honestissimis decorum. Exoscultatur hinc Plaviam, urbem planè eximiam, Burggraviatum Ruthenorum quondam illustrem, nunc & Serenissimum Saxoniz Ducum dominatu inclytam. Porro montibus utrinque sublimioribus cinctam, cui & no-

men simul tradit, Elsterbergam adit, oppidum non in-
celebre nec laude suâ, quâ pollet, defraudandum.
Hinc ad Greizam abit, vetustissimam Ruthenicæ Gen-
tis sedem, ac domicilium adeò justitiæ ac pietatis; His
enim virtutibus nihil prius esse aut antiquius solet il-
lustrissimis Ruthenis. Hinc Weidam versus prope-
rat Elister, vicinam nobis, & hōc nomine svavissimam
urbem, cui ut damna, qvæ perpesta non ita pridem ex
incendio repentino fuit, rependat ac resarciat miseri-
cordia divina, serio ac piè precamur. Ulterius Geram
nostram præterit, Geram svavissimam, qvæ ut ex cine-
ribus, in qvos superiori anno maximam sui partem
collapsa fuit, resurgat, ut cœpit per DEl gratiam, feli-
citer, hospitiumqve adeò orthodoxiæ, æquitati, ac
literarum studiis perpetuò præstet, pii exoptamus
omnes. Inde Cizam festinat, Serenissimi Saxoniae Du-
cis, MAURITII VVILHELMI, qvem delicium generis hu-
mani & amorem appellamus meritò, gratiæ se insinua-
turus. Effert le ibi afx Mauritiana splendidissima, ubi
Ducum hodiè est, Episcoporum qvondam sedes emi-
nentissima fuit. Hac relicta, Groizium petit, castrum
vetus, rudus hodiè informe, qvod VVipertus incoluit
olim Comes, Geræ nostræ primus quasi patens ac con-
ditor. Pegaviam hinc gressus dirigit suos, qvam fata
fzpè sinistra, incendia cum primis miseram juxtâ ac
celebrem feceré, Oppidum non ignobile. Exinde
Lipsiam se confert, inclutam studiis ac mercatu urbem,
Misnia totius, qvid? Europæ universæ decus ac co-
lumen, officia sua unâ cum binis aliis fluminibus sociæ-
tus, clarissimæ Urbi oblaturus. Tandem deniqve non
procul Halâ, nobilissimâ urbe, Salz fluvio se immitce-
re dicitur, cum qvô in Albim. tanquam amicô comite,
se transfert, suasqve cum hōc aquas in Oceanum ipsum
devol-

in.
im.
en.
His
t il.
opea
atm
n ex
feri.
ram
ine.
tem
feli.
, ac
mus
Du.
hu.
ua.
ubi
emi.
rum
oluit
con.
fata
à ac
inde
cem,
co.
ci.
non
itce.
nite,
sum
vol.

devolvit, patri scilicet suo se redditurus, unde principium, quæ opinio multorum, ipsius quoque Scripturæ sacrosanctæ est, traxit. Atque ex hoc colligi non difficulter potest, quousque se extendat Elister, & quam longinquum conficiat iter. Quantam igitur præstet utilitatem tot locis, tot regionibus, quas ambit; quoquisque quoque tam impos animi est, quin intelligat? Vah quid boni non efficit aquis suis, queis rigas campos, piata, agros & hortos? Nutrit varii generis pisces, eosque salubres admodum in emolumentum hominum, quibus largac benignâ manu eosdem suppeditat. Alit & conchyilia, & in his uniones tam magnos, tamque eximos & elegantes, ut vel cum Orientalibus certamen inire sustincent. Vehit quoque inter arcuas aurum nobilissimum, quod non raro diligenter ac perite cluendo repertum fuit. Et memini videre aliquando annulum, ex aurô, quod prope Greizam ab amne nostrô suppeditatum erat, consecutum. Igitur cum vis aquarum ex venie securi aurum, ut bene observat harum rerum intelligentissimus G. Agricola; cœquus magnopere dubitet, quedam loca aurum lignere, quæ ab Elistro alluuntur? Præteriisse propè acidulas Elistinas, quæ non procul à fonte ejus satis inveniuntur salubres. Peculiaris scriptor hæc de re exposuit Medicus Plaviensium experientissimus, Johannes Leisnerus, Vir beatus jam, ac de Plaviensibus cœgiè, cum laude nominis insigni, meritus. Adeò Elister, quantum quantus est, bonus, utilis ac salutaris est. Ubi primum incipit, statim salubritatem promittit; ubi pergit, utilitatem secum vchit non unam; neque dubium est, quin eadem ubique se commendet bonditate. Eat igitur quis, lividus forte ac malevolus, perficeret frontem, ac dicat, Elistrum nostrum laude non omni

omni etq; encōmio dignissimum esse. Nos sanē, p̄o eō,
qvō in fluvium hunc toti ferimur, amore, facere non
potuimus, qvin his qvalibuscunqve laudibus eundem
mactaremus. Ansam dedit VALEDICTORUS, PHI-
LIPPUS CHRISTIANUS Landgraf / STELZEN-
DORFIO-VARCUS, qvi, qvas in dicendi facultate
comparavit sibi vires, in laude decantatissimi Eliſtri
noſtri, non infelicitate experrus est. A Patre ſuō, VIRO
PER-REVERENDO AC DOCTISSIMO DOMINO
BALTHASARE LANDGRAVIO, PASTORE STEL-
ZENDORFENSIMUM VIGILANTI PARITER AC
BENE MERITO, ante annos qvāsi octo in discipli-
nam noſtrām trāditus, ut in literis juxta & moribus ac
pietatis p̄cipue aliisqve virtutibus cresceret ex voto,
omni industria, iurā ac fedulitate imbutus fuit & ad-
ſivefactus. In linguis & artibus eos fecit progressus,
ut non indignus habetur, qvem ad studia Acade-
mica dimittas. p̄cipue cum nutris ac voluntas
OPTIMI PARENTIS tuā iusta. Dicte
go LANDGRAFIUM in bona pace cum voto omnis
prosperitatis! A VOBIS autem, PLURIMUM VE-
NERANDI DNN. INSPECTORES, à VOBIS item,
MUSARUM PATRONIS FAUTORIBUS & AMICIS
RELIQVIS, enixē rogo aqve contendō, ut dictuō de-
ſtūvio nobis & notissimō & milissimo, benevolam
commodare audientiam ad pauxillum tempus, cras,
DEO dante clementer, horā pomeridianā secundā, ne
nolitis. Λόγον πρεπεικόν habiturus est GABRIEL
CHRISTOPHORUS Marquart / SCHLEIZENSIS.
P. P. Geræ ipſis Kal. Septembr. A. O. R. 80 130
LXXXVII.

✓A. 51. DK

W1

o eo,
non
dem
PHI-
LEN-
ltate
listri
IRO
NO
TEL-
AC
ipli-
s ac
otô,
ad-
fus,
ide-
ntas
et
inis
VE-
n,
CIS
de
am
ras,
ac
EL
SIS.
DC.

W1



VB-17



AR. F. 2.

DNN.^{PL.}
OMNEISO

M. JO.
Illustr

PHILIPPI
ST.

G E

E



RES,
FORUM

über/
R,

GRAFII,

S.

Nov. 2014